

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Registrum alphabeticum super octo libros Ptolomei**

**Reger, Johann**

**[Nürnberg], 1486**

Annotation

[urn:nbn:de:bsz:31-129635](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129635)

1954 g 298

Nota ad inueniendum igitur regiones prouincias maria: flumina: montes & ciuitates: necnon insularum situs ubi incipiunt ubiue finiunt. Do primo exemplum tale in quo. s. libro in quoto capitulo & in qua tabula sit posita mater nostra videlicet Ierusalē. Intra bo igitur litteram I. et inuenio Ierusalem: libro quinto capitulo sedecimo tabula quarta asie. Intra bo quintum librū ca. 16. & inuenio: Ierosolima que nunc dicitur capitolia ex directo. 66. gradus longitudinis & 31  $\frac{2}{3}$ . latitudinis. Intra bo ergo quartam tabulā asie cum. 66. gradibus tā superius q̄ inferius ad notatos & fac pendiculum stare siue filum. Similiter accipe gradus latitudinis sc̄. 31  $\frac{2}{3}$ . ex ambabus

partibus: & fac iterum filum siue pendiculū stare & precise sub cruce amborum pendiculorum positus est punctus crocei coloris qui est ciuitas: & scriptura posita cum puncto est ierusalem. Sic cum omnibus & singulis est faciendum.

Item tria sunt consideranda in hoc registro. Primo q̄ actor nō intendit ostendere qualis nunc sit status religionis christiane: sed quālis fuerit: ut dolentes catholici de suo dāno p̄niam agentes: p̄uidere studeant & que p̄ victorias martyrum & sanctimonialium: confessorum conquisita erant bis diebus perdita recuperare procurent.

Secundo q̄ nō intendit principaliter ostendere ubi sancti venerant & ecclesias habent constructas: aut corpora eorum translata: sed precipue ubi nati: ubi militauerunt: & ubi mortui sunt.

Tercio q̄ lector attendat breuia scripta sub ciuitatibus: nam ibi in sumario ut plurimi de vita s̄ctōrum inueniet aliquando breuia: aut pars eorum subscriptur ciuitatibus.

54 C 16, JnR



70